



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

5 Imperatores etiam leges contra haereticos latas obseruari
pr[a]ecepunt. Iustinianus leges suorum praedeceßorum editas contra
haereticos custodiri iussit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

hec ibi. atque hoc ipsum vbique obseruat no-
stri, praesertim illi, qui contra hereticos tracta-
tus scripsere. Eymericus 3 part. quaest. 84. &
quaest. 131. Zachinus tract. de haeret. in proe-
mio, num. 1. & c. 6. num. 7. Repertorium In-
quisitorum, verbo, extrauagantes. Petrus Go-
dofredus in l. Arrian. ver. cunctis quoque. C.
de haeret. notant Geminianus, & alij in dicto
cap. ult. in fine. de haeret. lib. 6.

4
Leges sacra-
les in haereti-
cos editae etiam
inviolabiliter
obseruanda.

Sed neq; sola Pontificia leges haereticam
prauitatem coercetes, licet extra iuris titulos
ferantur, obseruari debent, immo amplius cauit
Innocentius iiii. rescripto quoda magistrati
bus secularibus misso, incipiente: Orthodoxae
fidei. (quod etiam hic curauimus imprimen-
dum) vt & leges item saeculares, & alia quaeli-
bet statuta contra haereticos condita inuolabili-
ter obseruentur, his verbis: *Considerantes at-
tente, quod iurisdicctio eorum.* [scilicet Inqui-
sitoru,] *quod fuerit plenior in hac parte, eo ma-
gis esse poterit fructuosa, volumus & nostris
sibi damus litteris in mandatis, vt vos monere
procurerit, & inducere diligenter, vt statuta ip-
soru, & alia ecclesiastica, & saecularia, & con-
stitutiones & quodam Frederici Romanorum
Imperatoris, tunc in deuotione Ecclesia persi-
statis, edita contra haereticos fautores, recepta
tores, & defensores eoru, quae conscripta, &
bulla nostra munita transmittimus, conscribi
in statutarijs vestris, eaq; obseruetis, & facia-
tis irrefragabiliter obseruari.* haec tenus ibi.

Atq; ex hoc rescripti fragmento praeter cae-
teros apud Emerycum in Directorio 3. par-
te super quaest. 86. vers. sed maior difficultas
ostendi Inquisitores haereticae prauitatis in
suis diocesis posse aduersus haereticos no-
ua condere statuta, penas in eos argentia, quae
fauore fidei valida, & suis viribus consisten-
tia & haberi debeant, & penitus obseruari.

Neque hoc est recens inuentum, vt putat
legum, antiquitatis, & historiae ignari; na &
ab initio ferme nascetis Ecclesiae supra mille
& centum annos, nempe anno Domini 430.
Christiani principes hoc ipsum sanciuerunt.
Theodosius enim & Valentinus Imperatores
Augusti, (vt scripsi extat in Codice Theodo-
siano. li. 16. tit. 4. l. 54. quam centum fere post
annos Iustinianus in suu codicem transtulit,
ac roborauit. C. de haere l. Arriani.) no mo le-
ges a se conditas aduersus haereticos vim le-
gum inuolabilium habere voluerunt, sed qua-
seuq; etiam alias ab alijs principibus. editas,
firmas & validas manere iusserunt his verbis:
Cunctis quoq; legibus, quae contra eos [scilicet
haereticos] *caterosq; qui nostra fidei refraga-
tur, olim diuersisq; temporibus latae sunt, sepe-
riri obseruata valituris, &c. & paucis in-
terpositis, illis etia oibus in sua manentibus
firmitate, quae de militia, poenish, varijs, deq;
diuersis sui haereticis promulgata; vt nec spe-
ciale quidem beneficium aduersus leges va-
leat impetratum.* haec ibi.

5
Leges quali-
bet in haereti-
cos latae obser-
uandas esse ue-
tustissimi Im-
peratores sanciu-
erunt.

A Ex his apertissime docemur generaliter le-
gem quantumcunque diu facta non aboleri
desuetudine, vt grauitur docuit Iason in l. de
quibus. notabili 6. ff. de legibus, & senatus. &
Mattheus Afflictus in repetitione sanctionis
de iure protomileos, § 6. notab. 1. nu. 2. & An-
gelus Aretius in §. igitur. in proemio Insti-
tutio. nu. 2. quod tamen generaliter in omni-
bus legibus obrineat, illis obseruatis distin-
ctionibus, quas retulit praecitato loco Affli-
ctus: in his vero, quae contra haereticam praui-
tatem latae sunt, maxime obseruatur. nulla
enim praescriptio, nullum temporis quamuis
longissimi spatium, aut tollere radicitus, aut
immutare potest; nisi nominatim & expresse
alia ferantur leges, quae illas reuocent, aut
immutent: leges enim huiusmodi semper vi-
uunt, cap. contra. 25. quaestio. 1. semper item
loquuntur, vt norant Bart. Butrig. & Salyc.
in l. Arriani. C. de haeretic. & idem Salyc. in
Authent. cassa quaestio. 3. de sacros. eccles. &
Ioan. Imo. in l. 3. §. si rem. ff. pro emptore. &
olim maximus Plato de legibus loquens dia-
logo 9. dixit, legem ipsam, quae aliquid inter-
dicere, & interdictionem esse.

6
Leges desue-
tudine, aut lon-
go temporis in-
teruallo non
abolerentur.

C Dixi autem, desuetudine non tolli leges,
quoniam etiam si per mille annos allegatae
non sint in iudicijs, praesertim cum ab initio
fuerint receptae no propterea abibunt in de-
suetudinem, vt grauitur & verè differit Iaco-
bus de Beluisio, in Authen. de haeredibus, &
Falcidia, post principium, & Cynus in l. rem
non nouam. C. de iudicijs.

An autem & quando per contrariam con-
suetudinem leges tollantur, non est praesen-
tis instituti nunc docere.

Quod vero ait Bonifacius octauus in di-
cto cap. ult. de haeretic. & Clemens v. in di-
cta clem. 1. §. vlti. de haeretic. tunc scilicet
extrauagantes esse admittendas, quando de-
cretis contentis in titulis de haereticis non
obuiant, eo pertinet, vt intelligamus vete-
res omnes leges in haereticos latae confir-
mari, dummodo manifesto, & expresse eis
decretis non contradicant: quoniam si con-
tradixerint, solum in ea parte in qua contra-
dicunt, emendatae sunt; in ceteris vero uali-
dae semper remanent. Res fiet vno exem-
plo illustris; nam in similibus idem erit iu-
dicium. Iure veteri solus Episcopus, item
solus Inquisitor per se poterat haereseos reos
duro carceri mancipare, torquere, & sen-
tentiam condemnatoriam in eos pronuntia-
re, vt optimè scripsit Eymericus, 3. part.
quaest. 48. vbi dixi copiose. hodie tamen id
obuiat dispositioni Clementinae prime §. pro-
pter quod, ver. duro tamen, de haeret. & ideo
in ea parte tantum lex antiqua est sublata
omnino, in ceteris vitidem obtinet obser-
uantiam.

7
Extrauagantes
quando dicantur
decretis titu-
lorum de haereticis
obuiare.

Iam illud amplius colligitur, ad hoc ut ex-